



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1670

Quæst. 3. Vtrum virtutes morales propriè dictæ reperiantur in Deo. Et
quænam illæ sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77011](#)

Q VAE S T I O III.

Vitrum virtutes morales propriè dicitur reperiantur in Deo. Et quanam illæ sint?

344 **S**uppono primò , virtutes , varijs divisionibus solere diuidi communiter . Primum enim diuiduntur in intellectuas , quæ ad intellectum pertinent , & in morales , quæ pertinent ad voluntatem . Deinde intellectuales in quinque species diuisit Aristot. lib.6. Ethic. cap.3. quæ sunt Ars , Scientia , Prudentia , Sapientia , & Intellectus . Morales autem diuiduntur in Theologicas habentes pro obiecto formalis Deum ; quæ sunt Fides , Spes , & Charitas : & morales ; (strictius accepto hoc nomine) ; quæ ad tres præcipuas reuocantur , Iustitiam scilicet , Fortitudinem , & Temperantiam : quibus adiuncta Prudentia , ut pote morum directrice , quatuor resultant , quæ nuncupantur Cardinales . Quæ omnes subinde in supernaturales , & naturales diuidenda veniunt communi Theologorum sententiæ . Porro vniuersaliter virtutum Cardinalia partes triplicis generis assignat S. Tho. 2.2. quæst.48. & 128. & 143. subiectuas , quæ sunt species , de quibus virtus predicitur ut genus : integrantes , quæ ad integratatem virtutis spectant aliquo modo : & potentiales , quæ virtutem aliquo modo imitantur ; ob idque ipsi annexuntur . Hinc partes subiectuas Iustitiae , sive species quatuor numerari solent , nempe Iustitia communitativa , distributiva , legalis , & vindicativa : tametsi aliqui soli in numerent duas priores . De quo plura dicemus infra circa proposit. 6. Partes vero Iustitiae potentiales , sive virtutes ei annexæ ponuntur Religio , Pietas , Obscurantia , Obedientia , Gratitudo , Vindictio , Veritas , Fidelitas , Amicitia , Liberalitas , & Epicuria . Fortitudinis autem partes , sive virtutes annexæ sunt Magnanimitas , Magnificencia , Patientia , & Longanimitas , Perseverantia , & Constantia . Temperantie denique partes , ac virtutes annexæ numerantur Abstinencia , Sobrietas , Castitas , Fudicitia , Virginitas , Continentia , Mansuetudo , Clemencia , Modestia , Humilitas , Studioſitas , & Eutrapelia . Et virtutes quidem spectantes ad Iustitiam , ad alterum esse dicuntur : spectantes autem , ad Fortitudinem , & Temperantiam , esse dicuntur ad se ipsum . De priorib[us]que , versari circa operationes ; de posterioribus vero circa passiones tanquam circa materiam , quam uideantur , docet , & bene explicat S. Tho. 1.2. quæst. 60 artic.2.

345 Suppono secundò , resolutionem huius questionis fere ab usu communi , usurpatione vocabulorum dependere : quocirca difficultates in ea tangentiae ferme de solo modo loquendi sunt . Pro cuius evidentiâ primò notandum est ex doctrinâ tradita a nobis in Pharo Scient. disput. 17. quæst. 22. vocabulum vniuocum esse , quod significat unum conceptum obiectuum communem pluribus , eundemque formaliter de illis omnibus , & singulis ut de subiectis predicabilem . Vocabulum autem æquiuocum , quod significat plures conceptus obiectuos inter se diuersos , & de

diuersis subiectis predicabiles : idque vel à eis , vel à consilio . Et æquiuocum quidem à eis nomen æquiuoci sibi retinet : æquiuocum vero à consilio communiter appellatur analogum . Et que illud , quod ad aliquem conceptum obiectuum significandum primario est impositum , inde tamen extensum est ad significandum alium propter habitudinem , quam primus cum secundo habet , vel alicius similitudinis , vel alicius causalitatis , vel alicius alterius generis .

Secundò est notandum , vocabulum vniuocum , cùm sit proprium eius conceptus obiectui , quem significat vnicè , propriè , sive cum proprietate dici de eis omnibus subiectis , de quibus predicitur , quib[us]que conuenit talis conceptus obiectuius ; ut est manifestum . At vocabulum analogum , cùm proprium sit eius conceptus obiectui , ad quem significandum primario est impositum , de subiecto tantum , cui conuenit talis conceptus , dicitur propriè , sive cum proprietate ; de subiecto vero alterius conceptus , ad quem significandum extensum est , dicitur impropriè , seu metaphorice , tropicè , seu translatitiè .

Tertiò est notandum , sèpe contingere , ut vocabulum principio analogum respectu diuersorum subiectorum , decursu temporis , & usus redatur vniuocum , mutata scilicet significatio eius à duobus conceptibus talium subiectorum diuersis ad vnicum utriusque communem : sic nomen *scientia* principio impositum ad significandam notitiam per demonstrationem acquisitam , qualis humana est ; quo pacto propter analogiam , atque adeò tropicè tantum poterat dici de scientia diuina , per vium Theologorum transiit ad significandam notitiam , seu perceptionem claram obiecti præcisè sumptam , quo pacto viuocum iam conceptum significat communem viuocumque scientie humanae , & diuinæ : quo fit , ut iam tam de diuina , quam de humana propriè , sive cum proprietate dicitur . Et quidem , cùm sit intellectui humano pro statu præficiat valorem proclive , ab extremis , quantumvis re ipsa diuersis , conceptus exacte similes abstrahere , in vniuersaliter conceptum viuocalem , communemque ipsis , & vniuocum adunare , prout expoluimus in Pharo Scient. dicta disputatione , conseq[ue]nter est etiam proclive , transire ad significandum vnicum conceptum duobus extremis vniuocum illud vocabulum , quod antea in ipsis significabat duos diuersos proper coram aliquam analogiam , alterum primario , adquaque propriè , alterum vero secundario , atque adeò impropriè , seu translatitiè : ut in exemplo positivo cernere est .

Vnde denique notandum sequitur , quoniam est controversum , an vocabulum , quod proprio dicitur de uno subiecto , dicatur etiam de aliis propriè , vel solum metaphorice , eò tamen item reduci , an tale vocabulum ex usu communi taliter conceptum obiectuum significet , vel plus tamen : quam item esse pure de nomine , sive de puro loquendi modo , compertum est : illimèque sedanda venit , dicendo , si tale vocabulum in tali significacione accipiatur , dicendum de tali subiecto propriè : si vero in tali , metaphorice . Ut hinc apparet , quod tandem tendit ob lebris illa controversia , qua tantopere inter se decertant Theologi ; an scilicet iustitia propria dicta in Deo reperiatur , vel secus : eo namque

Disp. 35. De moralit. actu. Dei liberor. Q. 3. 569

tanta pugna reducitur; an nomen *injustitia* duos conceptus analogos significet in creatâ, & in diuina *injustitia*, vel potius unum vniuocum, utique communem; quem tamen esse ab utraque abstractibilem indubitate vtique, & extra controversiam est, ut inferius videbimus.

349 Suppono tertio, quoties conceptus obiectivus, cuius vocabulum est proprium, aliquam imperfectionem Deo repugnantem fert secum, tale vocabulum de Deo propriè dici non posse: quia talis conceptus obiectivus in Deo non datur. Vnde si dicatur de Deo, impropriè, sive metaphoricè tantum dicerur; nempe ad significandum in ipso conceptum obiectivum diuersum proper aliquam analogiam repartam inter unum, & alterum. Hoc apud omnes est in confessione, ex seque, & ex dictis satis clarum.

350 His positis, circa priorem partem questionis conueniunt Theologi cum S.Tho.lib.1. contra Gent. cap.94. virtutes intellectuales ex Aristoteli numeratas suppositione prima propriè in Deo reperi secundum conceptus abstractos immunelque ab imperfectionibus, cum quibus reperuntur in nobis. Primum enim datur in Deo Ars perfectissima, quæ est ratio, seu scientia practica faciendorum in genere physico. Quocirca Sapient. 7. diuina Sapientia dicitur *Omnium artifex*. Et August.lib.1. de Cuius Dei cap.2. ait: *Nec auctor est excellenter, nec ars eius actior Verbo Dei*. Deinde datur in Deo perfectissima Prudentia, quæ est ratio, seu scientia practica agendorum in genere moris. Terterea datur in Deo perfectissimè Scientia, & Sapientia, quæ apud nos veritatum spectantium ad creaturas, & ad Deum scientiam euidentes, atque speculatorum sunt. Datur denique in Deo perfectissimè exactitia, quæ Intellectus principiorum apud nos dicitur: easque veritates pro obiecto habet, quæ sunt aucti nos scientiarum principia.

Similiter conueniunt Theologi, ex tribus virtutibus Theologicis nec Fidem, nec Spem reperi in Deo: quia Deus nec sibi credere, nec in se sperare potest, loquendo propriè, ut notum est. Reperi vero Charitatem: quia Deus se amat. Ceterum quia Deus quoad omnes suas intrinsecas perfectiones non libere, sed necessarij omnino se amat, ut supra disput.33. quest.2. proposit.1. statutum est; actus amoris, quo se amat vnicè, non tam moralis, quam physica virtutis Charitatis est. Quia tamen se simili, & creaturas libere amare potest, ut ibidem etiam est statutum proposit.2. idcirco actus amoris, quo se simili, & creaturas amat, seu potius, quo creaturas amat sibi ex complacientia sui, actus virtutis Charitatis moralis, atque adeo moraliter honestus, & imputabilis, & laudabilis est. Quibus sic stabilitas, de ceteris virtutibus moralibus restat dicendum.

351 Circa quas prima sententia est, nullam carum dari in Deo propriè, & formaliter: quia omnes illæ pro motivo habere debent aliquid creatum iuxta doctrinam Aristoteli receptam communiter, & a nobis stabilitam supra quest.1. proposit.25. Deusque nihil creatum habere potest pro motivo suorum actuum, sed solam suam essentiam. Ita tenet Smiling. 1.par. tract.3. disput.4. præfatione num. 31. & 113. Secunda sententia extremitate opposita est, omnes dictas virtutes propriè, & formaliter reperi in Deo, saltem quoad aliquos ipsarum actus: nam earum etiam actus, qui in subiectis proprijs aliquam imperfectionem impor-

tant, ob præcisam ipsarum honestatem possunt intendi, aut etiam procurari à Deo absque illâ sui imperfectione; vt, quando Deus vult, aut etiam procurat, ut homo sit castus, vel obedientis, vel penitens ob talium virtutum honestatem: quibus in casibus actus ipsius Dei earumdem virtutum honestatem absque illâ sui imperfectione fortuantur: cum sit ciuidem honestatis intendere finem virtutis sive in subiecto proprio, sive in alieno. Hanc sententiam tener Martinon. 1.par. disput.17. sect.5. Pro eaque stat Scot. in 3. distinct. 33. quest. vnic. stareque etiam videntur, quotquot propter eamdem rationem in Christo Domino, & in Beatis ponunt virtutem penitentia, & cæteras virtutes morales, ut Aenensis 3 pat. quest. 12. memb. 3. Gabriel in 2. distinct. 29. quest. 3. artic. 3. Marfil. in 4. quest. 20. Bonauen. in 3. distinct. 33. quest. 6. S.Tho. in 3. distinct. 13. quest. 1. artic. 2. & alij. Tertia sententia media, & Theologorum communis est, aliquas ex dictis virtutibus moralibus dari in Deo propriè, & formaliter; aliquas verò minimè. Ira tenet S.Tho. 1. par. quest. 21. artic. 1. ad 1. & lib. 1. contr. Gent. cap.94. Soar. disput.30. Metaphys. lect. 16. Vazq. 1. par. disput. 85. cap. 3. Tann. disput. 2. quest. 10. dub. 2. Ruiz disput. 55. de Volunt. Alarc. disput. 8. Ariag. disput. 26. sect. 4. Carlet. disput. 31. sect. 2. & alij. Sed quanam ex virtutibus dictis cum proprietate dentur in Deo: & quanam secus; variè commemorati Autores determinant, prout videbimus in decursu questionis. Quia iam per aliquot propositiones tam quoad secundam partem, quam quoad primam est a nobis resoluenda, prout sequitur.

Propositio 1.

Aliquæ virtutes morales propriè dicte reperiuntur in Deo. Aliquæ vero mi-253 nimè.

Prior propositionis pars probatur. Quia in Deo reperiuntur virtutes propriè dicitæ Amicitia, Misericordia, Iustitia, Liberalitas, & alia huiusmodi, ut in sequentibus ostendetur. Ergo, &c. Nec obstat, virtutes itas pro motivo ad earum honestatem requisito habere aliquid creatum. Quia etiam Deus potest habere aliquid creatum pro motivo suorum actuum, ut constat ex dictis quest. 2.

Posterior autem propositionis pars probatur similiter. Quia, ut in sequentibus ostendetur, virtutes Obedientia, Abstinentia, Castitatis, Humilitatis, & similes nullo modo reperiuntur in Deo. Ergo, &c. Nec obstat, quod Deus velit intendarve, aut etiam procuret in nobis actus harum virtutum ex motivo honestatis earum. Quia vel isti Dei actus quasi reflexi non eamdein talium virtutum, sed diuersam fortuantur honestatem, ut putant aliqui; vel, estò fortiantur eamdem, nomina tamen ipsarum ne metaphorice quidem ad tales actus quasi reflexos extensa sunt: sed tantum significant directos exercitos in earumdem proprijs subiectis. Nemo enim hominem deditum luxuria, aut gula vocavit vñquam castum, aut abstinentem; eo quod aliorum castitatem, aut abstinentiam desiderat, aut etiam procurat. Pariter igitur nec dici potest reperi in Deo castitas, aut abstinentia; eo quod Deus desiderat, aut etiam procurat, ut si

cccc

mus

mus nos casti , aut abstinentes . Per quæ funda-
menta primæ , secundaque sententia , quibus pro-
positio nostra aduersatur , diluta monent .

Propositio 2.

255 Iustitia virtus cardinalis propriè re-
peritur in Deo .

Dico , virtus cardinalis . Primo , ut denotem , me non agere de iustitia in latissimâ significatio-
ne usurpatâ pro omni virtute . Quo pacto sepi-
simè sumitur in Scriptura , ut cum dicatur . Bea-
ti qui esurunt , & sitiunt iustitiam . Qui faciunt
iustitiam &c. Quo sensu Chrysoſt. homil. 12. in
Math. ait . Iustitia nihil aliud est , quam omnium
mandatorum plena custodia . Sed agere tñ virtute
speciali Iustitiae , quæ vna est ex quatuor Cardinalibus . Secundo , ut denotem , me agere de
virtute ista , prout genus est quatuor aliarum
specialium , in quas tanquam species diuidi lo-
let iuxta dicta num. 244. nempe Iustitiae commu-
natiua , distributiua , legalis , & vindicatiua . Sic
enim ponit illa vna virtutum Cardinalium . Vnde ,
ut data propositio sit vera , sat est , quod
quælibet harum quatuor propriè reperiatur in
Deo : quandoquidem in qualibet specie forma-
liter includitur genus . Quo casu accepta pro-
positio fere est communis inter Theologos : quia
pauci sunt , qui de aliquâ saltem dictarum spe-
cierum iustitiae non affirment , in Deo propriè re-
peri , ut videbimus , cum agamus de singulis .

256 Sic igitur propositio intellecta probatur pri-
mo ex Scripturâ ſæpe tribuente Deo iustitiam
specialem prout conditam ab alijs virtutib-
us , imo ſupponentem in Deo debitum , in no-
bisque ius ad mercedem ab ipſo nobis , prout
tale ius exigit , reddendam ; quæ propria ſunt
virtutis iustitiae . Pſal. 84. Mifericordia , & veri-
tas obuiauerunt ſibi ; iustitia , & pax osculate ſunt .
Veritas de terra orta eſt , & iustitia de Cœlo proſpe-
xit . Dominus dabit benigneſtatem ; & terra noſtra
dabit fructum ſuum : iustitia ante eum ambulabit .
Pſal. 114. Mifericors Dominus , & iustus . Pſal.
118. Iustus eſt Domine , & rectum iudicium tuum .
2. Timoth. 4. Bonum certamen certauit , &c. In
reliquo reponita eſt mihi corona iustitiae ; quam redet
mihi Dominus in illâ die iustus Iudex . Ad Hebre-
6. Non enim iustus Deus , ut obliuiscatur operis
vestri . Ad Rom. 4. Ei autem , qui operatur , mer-
ces non imputatur ſecundum gratiam , ſed ſecundum
debitum . Quo ſpectat tota parabola operariorum
Math. 20. Conuentione autem factâ cum operariis
ex denario diurno , misit eos in vineam ſuam , &c.
Ite vos in vineam meam , & quod iustum fuerit , dabo
vobis , &c. Voca operarios , & ſedde illi merce-
dem , &c. Amice non facio tibi iuniam , nonne ex
denario conueniſti mecum . Tolle , quod tuum eſt ,
& vade . Scripturam enim in his , alijsque mul-
tis locis ſimilibus non de iustitia propriâ , ſed de
metaphorica loqui , videatur profecto dici non
poſſe . Præterea , eum in ſensu proprio non inme-
taphorico à Patribus illa accipi videantur , ut ipſo-
rum testimonia præferuerint .

257 Quibus probatur propositio ſecundò . Au-
gust. lib. de Natur. & grat. cap. 2. ait . Non eſt
iustus Deus , ut iustos fraudere mercede iustitia .
Et Serm. 16. de verbis Apost. Debitorum ſe-
ſit , non tantum ſibi , ſed & Christo , & nobis , ut
illi dicere poſſimus . Redde quod promiſſi : quia

ſerimus quod iuſiſſi . Pariterque loquitur alijs in
locis . Ambroſ. in Pſal. 118. ſerra . 7. Vult Deu-
conueniri , ut , ſi quis proposita ſequuntur virtutib-
um præmia bene certauerit , fructum remuneracionis ex-
pellet ; qui etiam exigat : ſicut habet scriptum .
Certamen bonum certauit , & reponita eſt mihi corona
iustitiae . Similiaque habent Fulgent. in Praefat.
lib. ad Monimum , Chryſoſt. homil. 4. de Laz-
aro circa medium , & homil. 8. in epift. ad Rom-
anum . 2. vbi Deum vocat debitorem iustis , non
viliū rerum , ſed magnarum , ſublimiorumque . Et
Cyprian. lib. de Oper. & de elemos . Vbi de
micericorde dicit , Deum ſibi computat debitorem .
Bernard. tract. de Liber. arbitr. fine . Promiſſae
mifericordia ex iustitiae ſoluenda . Mirro alia .

Et probo ratione propositiōnē . Quia
virtus moralis in ſuo conceptu præcio nullam
importans imperfectionem Deo repugnantem pro-
priè reperiatur in Deo . Sed talis eſt virtus cardi-
nalis iustitiae ſumpta genericè , prout de ea loqui-
mur . Ergo propriè reperiatur in Deo . Major
apud omnes eſt certa . Et consequentia eſt legi-
tima . Minor autem conſtituit ; cum in ſequenti-
bus probauerimus , ſingulas species virtutis iusti-
tiae cardinalis in ſuis conceptibus præcisis nullam
imperfectionem Deo repugnantem importare .
Si quidem manifestum eſt genus non poſſe impe-
fectionem importare , quando eam non importat
species , in qua illud concluditur .

Propositio 3.

258 Iustitia commutativa propriè dicitur
reperiatur in Deo .

Hanc propositiōnē tenent Scac. in Opus.
de Iustitia , & tom. 1. in 3. par. diſput. 4. ſec.
5. & lib. 12. de Grat. cap. 3. Valent. 1. par. q.
21. punct. 1. Tann. tom. 4. diſput. 1. queſt. 2. dub.
5. & 6. Fafol. 1. par. queſt. 21. art. 1. dub. &
Granad. tract. 7. diſput. 4. Rebell. lib. 1. de Iuſt.
queſt. 4. ſec. 4. Raynaud. in Theol. nat. diſput.
8. queſt. 2. Martinon 1. par. diſput. 17. Carte.
diſput. 35. & apud eos alij . Contra Vazq. ſec.
diſput. 85. & 86. & 1. 2. diſput. 223. & 3. par.
diſput. 7. & 8. Molin. 1. par. queſt. 21. art. 1.
Alarc. tract. 3. diſput. 8. cap. 6. & 7. Contra de
Actib. ſupern. diſput. 8. dnb. 5. Card. de Lugo
tom. de Incarn. diſput. 3. tenentes oportit cum
alijs à ſe relatis .

Probatur autem primò testimonij Scriptu-
rae , & Patrum pro proposito . 2. commemorati-
onis præterim , quibus Deus ponit redditus
nobis ut iustus Iudex gloriam tanquam coronam
ſive mercedem debitam ex iustitia . Huiusmodi
quippe gloria redditio ex conceptu ſuo manifeſtē
eſt actus proprius iustitiae commutativa . Tali
igitur iustitia cum proprietate accepta cenſenda
omnino eſt in Deo adiutrix per talia testimonia
ut potest quæ nequaquam poſſunt ad ſenium me-
phoricum detorqueri .

Secundò præbat . Quia concors eſt Theo-
logorum , ac iuristarum ſententia , per promiſſio-
nem onerosam , onere expleto , induci in promiſſione
debitum proprium iustitiae commutativa .
& in promiſſorio ius exigendi rem promiſſam .
Sed Deus nobis promiſit gloriam ſub onere ,
quod recte operemur . & eam nostris operibus &
laboribus mereamur . Igitur à nobis poſſit u-
libus meritis , ex propria iustitiae commutativa
manet .

Disp. 35. De moralit. actu. Dei liberor. Q. 3.

571

manet Deus obligatus ad nobis gloriam conferendam: ipsaque subinde gloriae collatio proprius ipsius iustitiae commutativa actus in Deo est.

262 Tertiò probatur. Quia, ut arguebam num. 258. virtus moralis in suo conceptu praeclara nullam importans imperfectionem Deo repugnante propriè reperitur in Deo. Sed talis est virtus iustitiae commutativa ex suo praeclero conceputa. Ergo propriè reperitur in Deo. Maior apud omnes est certa. Et consequentia est legitima. Minor autem ostenditur. Quia ad constitutendum conceptum praeclorum iustitiae commutativa tria praeclera sunt requista iuxta doctrinam communem, & certam Theologorum, & Iuristarum num. 261. suppositum; promissio onerosa promittentis, & expletio oneris promissarij inducentes obligationem iustitiae commutativa in promittente, & ius ad rem promissam in promissario, talisque obligationis impletio per collationem rei promissæ. In his autem tribus, conpertum est, nullam inuolui imperfectionem repugnantem Deo: quandoquidem circa villam eiusmodi imperfectionem dantur de facto, dum nobis Deus sub onere meritorum promittit gloriam, ipsamque habentibus merita confert; ut ex Scriptura constat. Igitur iustitia commutativa ex suo conceptu praeclero nullam imperfectionem Deo repugnantem importat. Quæ minor ostendenda erat.

263 Quartò probatur. Quia actus, quo Deus dat iustis gloriam tanquam ex sua Promissione debitum propter eorum merita, sive seruat iporum ius per merita ipsa acquisitum, prout constat ex locis Scripturæ, & Patrum supra indicatis; actus aliquius virtutis moralis est. Sed non alterius, quam iustitiae commutativa. Ergo huius omnino. Cætera patent. Minor probatur. Quia, si esset alterius, maximè virtutis fidelitatis, vt cum Vazq. 1. 2. disput. 8. cap. 6. tenet communiter Aduersarij. Virtutis autem fidelitatis actum non esse. Probatur primo: quia, licet ex promissione pure gratiæ, seu liberali possit nasci, sepe defacto nascatur obligatio standi promissi vel solius fidelitatis, vel iustitiae commutativa pro voluntate promittentis, vt bene docet Molina tom. 2. de Iust. & iur. disput. 262. at ex promissione onerosa semper nascitur obligatio iustitiae commutativa, vt cernitur in contractibus onerosis, quos homines inter se faciunt. Promissio autem, qua Deus hominibus promittit gloriam, non aliter dandam, quam propter merita, onerosa est, vt constat. Secundò: quia, vt bene etiam Molina ibidem, quando promissio solam inducit obligationem fidelitatis, non dat promissario actionem, seu ius ad rem promissam. At promissio Dei actionem, seu ius ad gloriam dat habenti merita, vt loca Scriptura & Patrum commemorata latè indicant. Ergo obligatio, qua Deus ex sua promissione tenetur dare gloriam habenti merita, non fidelitatis solius, sed iustitiae commutativa obligatio est: ad talemque proinde virtutem spectat ipsa collatio gloriae.

264 Multa contra propositionem datum opponunt Aduersarij. Sed quæ in eo tandem fundamento nituntur: quod Deus titulo cause primæ factius, conservatiusque omnium amplissimum, ac perfectissimum dominum omnium habet, quod a se abdicare non potest, sicut nec titulum in quo fundatur. Hinc autem fit, vt in creatura ius

contra Deum esse non possit; adhuc datum ab ipso Deo, cui teneatur satisfacere Deus, ex iustitia commutativa quidpiam praestando. Teneretur enim id praestare, iure creature obligantes; & non teneretur, iure proprio dominij sui à tali obligatione existimante: quod est implicitorum. Ob id domini ad seruum, & patris ad filium non emancipatum iustitia commutativa dari non potest iuxta Aristot. lib. 8. Ethic. cap. vñrim. quia omnium pertinentium ad seruum dominus, & omnium pertinentium ad filium pater vniuersalia dominia habent.

265 Sed: quidquid sit de exemplis domini, & serui, patrisque, & filii, inter quos iure saltem naturæ, & seclusis legibus positivis, varijs in casibus iustitia commutativa dari potest: inter quos item ex una parte, & Deum, creaturamque ex altera varie ad rem dantur disparitates, ut apud Auctores nostræ sententia videri potest. Sac nobis sit impresentiarum breuiter explicare: quomodo cum perfectissimo domino Dei, & ei essentiali iustitia ipsius commutativa erga creaturam componi possit.

Plerique Auctores nostræ sententia idcirco censent, posse componi: quia, inquit, dominum vniuersale altum, atque supremum Dei dominio particulari, priuatoque creature non aduerterat; cum certum sit, quamlibet creaturam rationalem verum, propriumque dominium habere suarum rerum, etiam si Deus earumdem quoque rerum dominium habeat: esse enim dominium creature subordinatum dominio Dei, atque ita bene cum illo coherere. Sed certè non animaduertunt, dominium vniuersale cuiusque subiecti ius ipsius esse respectuum ad alia subiecta, & contra illa, obligans videlicet ipsa, ne ei contraveniant. Dominum autem, quod creatura habet suarum rerum, et si tale sit respectu ad alias creaturas, & contra ipsas, at tale non est, nec esse potest respectu ad Deum, & contra ipsum, prout opus erat, vt Deus teneretur ei non contravenire ex iustitia commutativa. Stante enim dominio diuino cuiusvis rei, repugnat, quod creatura vila habeat dominium talis rei respectu ad Deum; quantumuis illud possit habere respectu ad alias creaturas. Vniuersaliter namque verissimum est, quod omnes Theologi, atque Iuristi vnamimenter tenent, prout videri potest apud Vazq. tom. de Incarn. disput. 8. cap. 4. & disput. 87. cap. 6. Card. de Lugo tom. de Incarn. disput. 3. sect. 1. & tom. 1. de Iust. & iur. disput. 2. sect. 1. & 2. Petr. Hurt. tom. de Incarn. disput. 12. sect. 5. Vnading. tom. de Incarn. disput. 1. 1. dub. 4. Arriag. 1. par. disput. 3. 2. sect. 2. Carlet. 1. par. disp. 34. & apud alios. Namrum, duo subiecta dominium eiusdem rei ad omnes eius usus insolidum habere non posse, prout traditur in leg. Si certo, si de acquirendâ possessione. Cuius ratio evidens est. Quia ius ad vtendum aliqua re supponit essentialiter potentiam ad tales usus, vt constat. Cumque ad impossibile non detur potentia; nec ius ad impossibile dari potest, vt est notissimum. Si autem duo subiecta duo dominia eiusdem rei haberent insolidum, quorum alterum saltem esset ad omnes illius usus, (quale semper est dominium diuimum), ius ad impossibile in talibus subiectis daretur, ad coniunctum scilicet chymericum ex duobus quibusque usibus inter se oppositis talis rei, quales sunt, eam simul conservare, & destruere, alienare, & non alienare, mouere, & non mouere, &c. Re-

Cccc 2 pugnant

pugnare igitur in duobus quibusque subiectis, atque adeo etiam in creatura, & Deo duo huiusmodi dominia insolidum eiusdem rei: qualia essent, si dominium, quod creatura habet suorum rerum, tale esset respectu ad Deum; ut est respectu ad alias creaturem. Vtrum autem in instanti donationis in donante simul, & donatario duo sint dominia insolidum rei donatae, ad duos scilicet eius viis donandi, & accipendi, qui oppositi inter se non sunt; sub controversia inter citatores. Auctores est. Ego censeo cum Carleton, in solo donatario esse dominium talis rei pro tali instanti. Cuius proborationes apud ipsum disputat 34. citatae sec. 3. & sequentibus videri possunt. Ad nostrum enim propositum iatis est, ex dictis concludere contra Auctores commemoratos, dominium, quod creatura habet suorum rerum compatibile cum dominio Dei impertinens esse ad hoc, vt Deus erga illam iustitiam commutatiuam habere possit: cum non sit dominium respectu ad Deum, refundens in ipsum obligacionem talis iustitiae, ne sibi contraueniat.

267 Aliter ergo est expedienda compositio, quam veniamur, iustitia commutativa Dei erga creaturam cum uniuersalissimo illius, ac protectissimo domino. Pro quo suppono primò principium certum paulo ante iam indicatum: scilicet dominum in Deo ad impossibile non dari; sic neque datur potentia: sed tantum ad possibile. Ex quo primò fit. Deus non habere Dominium ad ponendum simul duo qualibet extrema, opposita; licet ad ponendum quodus eorum seorsim dominum habeat: quia quodus seorsim est possibile; coniunctum vero ex ambabus est impossibile. Secundo fit, quando vnum extremum cum altero connexum est, Deum non habere dominium ad ponendum primum sine secundo: quia hoc est impossibile: licet dominum habeat ad omnitemendum secundum seorsim a positione primi: quia hoc est possibile. Vnde fit tertio, dum Deus ponit vnum extremum oppositum alteri, quodammodo abdicare a se dominum ponendi alterum; & dum Deus ponit vnum extremum connexum cum altero, quodammodo abdicare a se dominum omittendi alterum. Non quia Deus dominium aliquod amittat, quod se vel habuit: id enim repugnat. Sed quia dominium absolutum, quod in Deo datur ad omnitemendum extremum terminans connexionem alterius in signo priori ante huius positionem, non datur in signo posteriori ipsius positionis non datur: & dominium absolutum, quod in Deo datur ad omnitemendum extremum terminans connexionem alterius in signo priori ante huius positionem, non datur in signo posteriori ipsius positionis. Ceteroquin dominium conditionatum, sive ex suppositione, quod ex suppositionibus dictis Deus non habet, nunquam omnino habuit: quia est dominum ad impossibile: quale habere non potest. Sed vero: quia Deus purificando liberè conditions talium suppositionum, liberè ponit impedimentum, quoniam dominum illud antecedens, & absolutum, quod verè habet possit prodire in actum; per talem purificationem virtualiter, sive aequivalenter, censetur tale dominium a se abdicare. Sic, dum Deus ex duobus extremis oppositis vnum libere ponit, virtualiter censetur abdicare a se dominum ponendi alterum: & dum Deus ex duobus extremis habemibus inter se connexionem id ponit liberè, quod est connexum, virtualiter censetur abdicare a se dominium omittendi alterum,

quod est terminus connexionis.

Suppono secundò etiam ut certum, promissionem diuinam essentialiter esse connexionem cum objecto suo, & consequenter oppositionem negationis eius. Quia impossibile est, Deum non stat promissus, ut confiat: & consequenter, existere promissionem Dei, quia existat obiectum eius pro tempore, pro quo est promissum. Vnde fit primò, promissionem, qua Deus promittit conferre homini gloriam, si habuerit merita, cum collatione gloriae connecti, & eis negatione opponi sub condicione, quod sint merita; atque adeo etiam absolute, quando absolute merita existunt. Secundò fit iuxta uniuersalem doctrinam suppositionis primæ, dum Deus talem promissionem ponit, virtualiter abdicare a se dominium, quod ante eius positionem habet ad negandum homini gloriam, illudque in hominem transferre: conditionatis scilicet abdicatione, & translatione, antequam absolute merita existant, sed, que tranleuant in absolutas, posuisse meritis, absolute. Ex quo fit tertio, supposita promissione diuina, dum homo absolute ponit merita usque ad finem perseverantia, dominium, sive ius absolutum, ad gloriam habendam sibi acquirere, illudque respectu ad Deum, & contra ipsum: quia Deus ex suppositione tum sua promissionis, tunc meritorum hominis neque dominium, neque ius habet ad negandum homini gloriam: immo ex illa suppositione tale dominium, taleque ius ipsi est impossibile, & necessaria obligatio opposita, eaque iustitia commutativa, conferendi gloriam ipsi homini. Obligatio quippe iustitia ad conferendum quidpiam alteri nullatenus est compatibilis cum dominio, sive cum iure ad negandum illud.

Que cum ita sint, iam liquidò appare, quomodo cum dominio supremo, quod Deus habet omnium rerum, bene componatur in ipso obligatio iustitiae commutativa ad conferendum homini gloriam oriunda a sua promissione, simul & ab hominis meritis: quomodoque subinde collatio, qua Deus homini conferit gloriam proper merita, actus iustitiae commutativa sic habere quippe dictam obligationem, quia Deus obligatus manet ad conferendum homini gloriam, supposita promissione sua, & meritis eius, sufficientiam similitudinem cum obligatione iustitiae commutativa, quam habet unus homo ad soluendum alteri quodus debitus, ad hoc, ut ab utraque abstrahatur unus conceptus unicucus utriusque communis, (quæcumque deum sint inter fundamenta eorum differentia re ipsa), ex se, suppositis dictis, manifestissimum est. Talem autem conceptum communem esse, qui ex via communi Scripturæ, Patrum, Scholasticorum, & omnium, per nomen iustitiae commutativa significatur, etiam confitat ex dictis. Igitur iusta doctrinam generalem num. 246. statutam nihil disideratur, quominus absolute venias dicendum, obligatione iustitiae commutativa erga homines, & consequenter actus eius in Deo datur, cum omni proprietate, prout nostra propria fert. Vnde etiam patet, quomodo ad omnia argumenta, quæ contra illam congerunt Aduarij, sit respondeendum, tempe differentias omnibus, quæ inter Deum, & homines ad rem obrident, nihil omnino ad rem obitate, supposito quod dictus conceptus vniuersus nomine iustitia commutativa significetur, prout ex doctrinâ numeri citata ex num. 246. manifestum est.

Vnum

²⁷⁰ Vnum tamen superest argumentum oponendum contra omnes, quod apud nullum repetio tacitum; & probare videtur, actum, quo Deus confert habenti merita gloriam promissam neque ad iustitiam communicat, neque ad fidelitatem, neque ad aliam virtutem moralem spectare posse. Quia videlicet talis actus supponit promissionem Dei, & merita hominis: ex hacce suppositione Deo liber esse non potest, sed necessarius ei esse debet. Actus autem, qui Deo liber esse non potest, ad nullam Dei virtutem moralem potest pertinere. Igitur Deus, conferendo gloriam promissam habenti merita, neque iustitiam, neque fidelitatem, neque ullam aliam moralem virtutem exercet. Quod contra omnes, imo contra Scripturam, & Patres esse videtur.

²⁷¹ Respondeo primò, promissionem conferendi hominigloriam, positis meritis, Deum non obligare, arque adeò neque necessitate ad collationem gloriae ponendam ex hoc potius, quam ex alio motiu: liberumque subinde manere Deum ad eligendum inter plures suos actus internos collatiuos gloriae: & consequenter, dum eligit, illam conferre ex motiu compensandi merita, satisfaciendique iuri homini quæsto, actum saltem internum exercet liberum, honestumque formaliter honestè proprià iustitiae communiatu. Secundò respondeo, promissionem eandem, positis meritis, neque obligare neque necessitare Deum adhanc determinatam collationem externam gloriae, sed ad aliquam ex possibilibus: liberumque subinde manere Deum ad eligendum ex illis omnibus, quam maluerit: & consequenter, dum haec determinatam eligit ex motiu predicto, tam actum externum, quam internum exercet liberum, honestumque formaliter proprià honestate iustitiae commutatiu. Pura, quoad excessum honestaris, quo tales actus superant minimos, possibiles, iuxta vniuersalem doctrinam de impunitate actuum liberorum sola libertate puræ electionis traditam quæsto. ^{1. num. 119.} Sepeque alias reperit. Tertiò respondeo, estò Deus per suam promissionem, positis meritis, obligatus, necessitatulque manerer ad unicum actum externum tum internum determinatum, adhuc posse trunque honestum formaliter euadere honestate iustitiae communiatu ratione libertatis mediata ab ipsa promissione participata. Id enim eueniret, si Deus promitteret Petro talem collationem gloriae determinatam, si haberet talia merita, ductus ad talem promissionem faciendam per scientiam conditionatam, qua prævidetur, ex hypothesis, quod existaret talis promissio, talia merita, & talem collationem gloriae ponenda esse, taleque suum internum decretum de collatione ipsa natura sua compensatiuum tantum meritorum, satisfactiuumque iuri iustitiae tali promissario quæsto. Ita enim cuncta hæc à libertate promissionis libera Deo mediate euaderent, collatio gloriae, & eius decretum honesta formaliter honestate proprià iustitiae commutatiu.

Propositio 4.

²⁷² Iustitia distributiva propriè dicta reperitur in Deo.

Hanc propositionem tenent S. Tho. 1. par.

quæsto, 21. art. 1. & ibi Valent, Fasolus, aliqui plures, Soar. Opusc. de Iustitia Dei lect. 3. Belalrm. lib. 5. de Iustitia cap. 16. Rebello. lib. 1. de Iust. quæsto, 4. lect. 5. Ruiz. disput. 58. de Volunt. Card. de Lugo disput. 1. de Iust. lect. 3. num. 60. & 61. Martinon 1. par. disput. 17. & apud eos alij contra Vazq. 1. par. disput. 86. & 1. 2. disput. 223. Coninc. disput. 8. de Actib. supern. dub. 5. Morat. disput. 14. de Iust. Molin. & Arrub. 1. par. quæsto, 21. art. 1. & alios tenentes opportim.

²⁷³ Est autem illius ratio. Quia minus Insti-
tutæ distributivæ est, distribuere bona communia, aut etiam onera inter partes communictatis, at-
tentæ, seruataque proportione geometrica inter
quantitatem dignitatis, meriti, sive alterius
tituli ipsiarum partium, & quantitatem ipsorum
bonorum, aut onerum, ita ut, quantum una-
quaque pars excedit alteram, vel exceditur ab
altera in quantitate dignitatis, meriti, sive alterius
tituli, tantumdem excedat alteram, vel
excedatur ab altera in quantitate boni, aut etiam
oneris recepti. Sed Deus in distributione bono-
rum, aut etiam onerum, quæ inter partes com-
munitatis huius iuris sunt rationales, tum
etiam irrationalis distribuit, huiusmodi propor-
tionem geometricam multis variam obseruat. Igi-
tur iustitiam distributivam exercet: talisque fu-
bide virtus in ipso cum proprietate reperitur.

Sed objici contra illam potest primò. Ju-²⁷⁴ stitia distributiva in Superioribus creatis eos obli-
gat sub peccato ad distribuenda inter suos subdi-
tos bona, muneraque communia cum ea æquali-
tate proportionali, quam ipsa præscribit. Sed

Deus talis obligationis capax non est. Ergo nec
talis iustitiae distributivæ. Respondeo, obliga-
tionem, quam habet superior creatus ad distri-
butionem bonorum, muneraque communium
cum æqualitate prædictæ inter suos subditos fa-
ciendam, potissimum nalcii, non ex stricto aliquo
iure, quod subditi habeant ad illam: (ebi id
namque talis obligationis transgressio non obli-
gat Superiorum ad quidpiam subditis restituendam, ut cum Leflio, Rebello, & alijs tenet Card.
de Lugo disput. 1. de Iust. lect. 3. num. 54.): sed nasci ex vi munieris, vel ex aliquo pacto ta-
cito initio cum communitate, quam gubernat.
Propteræque conceptus iustitiae distributivæ præ-
cisæ sumptus, qualiter respectu ad obiectum
potius, quam ad subiectum, consideratur, ab
ista obligatione præscindit: atque ita in Deo sine
illa cum proprietate reperitur; ut bene docet
ipse Lugo ibid. num. 61. & latius explicat dis-
p. 35. lect. 6. a. num. 80. Addo, licet ius minus
strictum, quod subditi reuera habent ad bona
communia, obligationem sub peccato inducat
perse respectu Superioris creati; neiquam illam
inducere respectu Dei: sicut nec inducit ius na-
ture, quod habent alia creature ad ea, que
connaturaliter ipsis debentur: tametsi aliud gen-
nus latioris debiti inducat: quod Deus honestis-
ime potest, quandocunque vult, non implere.
Vnde conceptus iustitiae distributivæ abstractus,
Deoque, & creato Superiori communis semper
ab omni obligatione sub peccato præscindit.

Secundò obijicitur ex Vazq. Dum Deus ho-²⁷⁵
minibus retribuit præmia pro meritis, non at-
tendit ad equalitatem geometricam proportioni-
um, quæ veluti per accidens datur inter meri-
ta, & præmia omnium; sed ad æqualitatem
arithmeticam, quæ datur inter premium vnius-
cuiusque,

cuiusque, & meritum eius. Ergo non exercet iustitiam distributivam. Respondeo primò, estò id est verum in retributione gloriae essentialis meritis hominum promissa, sive talis retributio sit actus fidelitatis, ut putat Vazq. sive sit actus iustitia commutativa, ut nos statuimus propositi. 3. in alijs tamen distributionibus bonorum, aut etiam onerum, quas Deus facit, salsum esse. E. g. quando pluribus recipientibus Eucharistiam inaequales dat portiones gratiae penes inaequales dispositiones eorum, ad aequalitatem geometricam proportionum attendit prudubio, ut, quam proportionem inter se habent dispositiones, quas communicantes adserunt ad communionem, eamdem inter se habeant portiones gratiae, quas ex ea referunt. Tantumdemque est de distributione gratiae ex opere operato, quæ recipitur a fidelibus in alijs sacramentis vel maior, vel minor penes singulorum dispositionem maiorem, vel minorum. Similiter gerit se Deus in permissionibus tentationum, & aliorum laborum proportionaliter ad vires hominum distributorum iuxta illud 1. ad Corinth. 10. *Fidelis autem Deus est, qui non patietur, vos tentari supra id, quod potestis, &c.*

²⁷⁵ Respondeo secundò, etiam in retributione gloriae essentialis attendere Deum ad proportionem geometricam præriorum cum meritis, iustitiamque prouide distributivam exercere. Nam talis proportio re ipsa datur ex una parte; siquidem quantum uniusquisque Beatorum excedit alterum, aut exceditur ab altero in quantitate meriti, tantum excedit alterum, aut exceditur ab altero in quantitate præmij: ex alia vero parte ponre, intendereque talem proportionem speciale habet horæstetam. Igitur Deus ad illum attendere, ipsamque intendere censendus est. Nec refert, in retributione gloriae essentialis præmisæ meritis exercere Deum iuxta sententiam nostram iustitiam commutativam. Quia nihil prohibet, utramque iustitiam simul circa eamdem materiam exerceri: ut ipse Vazq. ait, euenerit, quando debitor omnibus suis creditoribus integrè solvere non potest; soluitque singulis, quantum potest, seruata proportione geometrica intersolutions, & debita.

Propositio 5.

²⁷⁷ **Iustitia legalis propriè dicta reperitur in Deo.**

Hanc propositionem tenent Rebello. lib. 1. de Iust. quest. 4. sect. 4. Ruiz disput. 57. de Volunt. Martinon 1. par. disput. 17. sect. 2. Franc. de Lugo de Deo disput. 36. cap. 6. & alij contra Soar. Opus de Iust. Dei sect. 4. Falol. 1. par. quest. 21. artic. 1. dub. 4. Carleton disput. 35. sect. 9. & alios.

²⁷⁸ Probatur autem. Quia iustitia legalis ea virtus est, qua pars communis prout talis bonum commune totius, cuius pars est, intendit, atque procurat; hoc namque speciale habet honestatem diuersam ab honestate aliarum virtutum, quæ circa alterum versantur: reperiturque non solum in inferioribus, sed etiam in Superiori, seu Principe communitatem gubernante, quatenus hic pars quoque eiusdem communis est, & omnium præcipua, ut contra alios sententes oppositum docet Cardin. de Lugo cum Valentia, & alijs disput. 1. de Iust. sect. 4. num. 6. 7. Sed opera.

Dei in bonum commune totius Universi cedunt, sive ipsi Universo bona sunt: Deusque procolibus tanquam caput, atque adeò pars præcipua eius sub eo respectu sepe saltē intendit illa. Ergo sepe saltē exercet iustitiam legalem; atque adeò talis virtus in ipso cum proprietate reperitur. De quo nullum potest esse dubium, supposita definitione eius communiori à nobis præmissa. Auctores enim, qui à nobis in data propositione dissentunt, alium conceptum imponunt conuenire Deo appellant iustitiam legalem. In qua dissensione de nomine non est herendum. Quomodo autem iustitia legalis pars subiecta, iustitia stricta ponit possit; nec solum sit potest, mox explicabimus.

Propositio. 6.

In Deo iustitia vindicativa datur cum ²⁸ omni proprietate.

Si nomine iustitiae vindicativa intelligatur virtus residens in Superiore, seu gubernatore communis, cuius munus est vindictam lumere de malefactoribus, eosve propter delicta sua punire, certissima apud omnes est proposito. Tum quia passim in Scripturā sacra alertū, supponitur Deus vindictam sumens de suis inimicis, sive de peccatoribus, aut eos puniens, vel post hanc vitam punitur. Tum quia ex ea est euideris, esse Deo maximè proprium, atque adeò honestum, immuneque ab omnī imperfectione suorum subditorum rationalium delicta punire, atque adeò iustitiam vindicativam, cuius id munus sit, cum omni proprietate habere.

Solum igitur inter Theologos est diffiduum, an iustitia vindicativa sit pars subiecta iustitiae strictæ, vel solum pars potentias illi annexa. Primum affirmant aliqui. Alij contradicunt. Et his fauere videtur S. Thomas, quando tenus inter partes potentiales iustitiae, vindicationem ponit: de eaque inter illas tradat 2. 2. quest. 108. Idemque est inter Theologos dissidium circa iustitiam legalem, affirmantibus alijs, esse eam partem subiectam, alijs vero tantum potentiam iustitiae strictæ.

Ego imprimis censeo dissidia ita, sicut si & pleraque alia, quæ circa essentias rerum versantur, tandem ad dissidia de nomine reducuntur. Quoniam, semel statutis conceptibus, ceterisque specificis earum quatuor virtutum, iustitiae appellantur, nempe commutativa, distributiva, legalis, & vindicativa, sive, quod recidit in idem, semel statuto, quinam conceptus obiectus, seu quænam essentia per unumquodque talium nominum significetur; facile nobis est ea, quam habemus, promptitudine ad praedicendum abstrahere conceptum dictis quatuor virtutibus, eisque solis communem, & uniuersum, atque adeò genericum. Qui subinde conceptus genericus si nomine iustitiae strictæ significet, iam circa omne dubium omnes dictæ quatuor virtutes iustitiae strictæ erunt partes subiectæ sive specificæ: dissidiaque cessabunt. Si vero nomine iustitiae strictæ non talis conceptus omnes quatuor dictis virtutibus communis significetur, sed alius vel communis duabus tantum, vel prius vnius; compertum est, ceteras, quæ a tali significacione excludantur, non esse partes subiectæ.

etiuas, sive specificas iustitiae strictae, sed potentiales, sive ei annexas propter aliqualem cum illa latorem, seu non exactam similitudinem. Pariterque etiam in tali casu planè cessant dissidia. Vnde paret, illa tandem reduci ad dissidia de modo loquens ab arbitriaria impositione nominum dependentia.

282 Deinde igitur censeo dicendum consentaneum ad doctrinam S. Thomæ, dictas quatuor virtutes partes subiectivæ, sive specificas esse iustitiae strictæ. Ita quidem, ut ratio generica iustitia, quæ in eo stat iuxta S. Thomam, & omnes, ut alteri reddat secundum æqualitatem, quod ei debetur, primò diuidatur tanquam in duo genera intermedia in iustitiam commutativam reddentem alteri æquale æqualitate arithmeticæ, & in iustitiam distributivam reddentem alteri æquale æqualitate geometricæ. Ex quibus prima rursus diuidatur in iustitiam commutativam specialem reddentem alteri bonum æquale iuri stricto, quod habet ad illud, quod ius prouenire illi potest à varijs causis; & in iustitiam vindicativam reddentem alteri pœnam æqualem merito, quod ad illam habet sibi proueniens à delicto. Secunda vero diuidatur in iustitiam distributivam specialem reddentem partibus bona communitatæ secundum æqualitatem geometricam, & in iustitiam legalem reddentem communitatæ bona partium pariter secundum æqualitatem geometricam. Iustitia quippe legalis eo ipso, quod est partium quatenus talium ad totum, nequit non etiam respicere æqualitatem geometricam: quia partes penes sui inæqualitatem, & non aliter, debent inæqualiter, proportionaliterque concurrens ad bonum totius. Iam vero præter has quatuor species iustitiae strictæ, quæ conceptum eius genericum exactè participant, ceteræ virtutes, quæ eatenus assimilantur illi, quatenus sunt ad alterum: non tamen exactè participantem conceptum; vel quia non redditæ æquale; vel quia non redditæ debitum; id circa partes potentiales ipsius iustitiae, sive ei annexæ nuncupantur; prout benè exponit S. Tho. 2. 2. quest. 80. artic. vnic.

283 Quam autem omnia dicta sint contentanea doctrina eius, constat primò: quia iustitiam vindicativam in Superiore residentem, de quā modo agimus, ad commutativum reduc; rametsi vindicationem residentem in singulis ponat inter partes iustitiae duntaxat potentiales. Ait enim in citato artic. ad 1. *Dicendum, quod vindicta, quæ sit auctoritate publicæ potestatis secundum sententiam iudicis, pertinet ad iustitiam commutativam, sed vindicta, quam quis facie proprio motu, non tamen contra legem, vel quam quis à iudice requirit, pertinet ad virtutem iustitiae adiunctam.* Secundo: quia in eadem 2. 2. quest. 58. postquam essentiam iustitiae in genere definiuerit, & explicauerit, de iustitia legali, (quæ generalis dicitur), & de iustitia particulari tanquam de duabus iustitijs specialibus differit: cùmque aliunde quest. 80. citata, & sequentibus inter partes iustitiae potentiales iustitiam legalem non recenscat, videtur sanè sentire, eam non potentiam tantum, sed subiectivam, sive specificam partem esse iustitiae strictæ. Sed de his ad rem fatis.

284 Quænam ex virtutibus iustitiae annexis propriè reperiantur in Deo: & quænam non item; determinare.

Dico primò. Certissimum apud omnes est misericordiam propriè dictam in Deo reperi ri. Qui nulla est virtus aut magis propria Dei, aut, quæ frequentius ei tribuatur in sacris Litteris. Nec dubitabile est, quin conceptus eius ab omnique imperfectione præcibus, ut sicut Deo, & creaturis communis per nomen misericordia significetur. Quo fit, ut neque sit dubitabile, quin misericordia propriè dicta reperiatur in Deo, iuxta doctrinam vniuersalem supra traditam num. 246.

Dico secundò. Liberalitas propriè dicta in Deo datur. Sic tenent S. Tho. 1. par. quest. 21. artic. 1. ad 1. & lib. 1. contra Gent. cap. 93. Soar. disput. 30. Metaphys. sect. 16. num. 61. & in Relect. de Iustitia Dei sect. 1. Less. lib. 2. de Iust. cap. 47. dub. 8. num. 58. Tann. 1. par. disput. 2. quest. 10. dub. 2. num. 13. Carleton disput. 31. sect. 2. num. 12. & alij contra Vazq. tenentem oppositum 1. par. disput. 85. cap. 7. Probatur autem assertio nostra. Primò; quia iuxta Scripturam Deus dat omnibus affluer. Iacob. 1. Et ita dat largiter, ut ex largitione sua nihil speret. Luca 6. *Dare autem* (ait S. Tho. cap. 93. citato ratione 6.) *non propter ali quod commodum ex datione expectandum, sed propter ipsam bonitatem, & conuenientiam dationis,* est actus liberalitatis, ut patet per Philosophum in 4. Ethicor. Deus igitur est maximè liberalis: & ut Auicena dicit, ipse solus liberalis propriè dici potest. Secundò probatur; quia munus donandi, siue beneficiendi alteri gratis secundum se, & præcistum ab omni imperfectione, cum qua conjungi solet in nobis, evidenter est horeatum, & dignum Deo, adeoque repertum in illo. Sed tale munus cum tali præcisione est, quod nomine liberalitatis significatur iuxta usum eius communem. Ergo iuxta generalem doctrinam statutam supra num. 246. liberalitas propriè dicta reperiatur in Deo. Per quam rationem dilutament, quæ in oppositum adduci aut solent, aut possunt.

Dico tertio. Gratitudo propriè dicta 286 etiam reperiatur in Deo. Ita Vazq. 1. 2. disp. 215. cap. 1. & disput. 223. cap. 8. Lorca disput. 44. de Gracia §. His premis. Alarc. disput. 8. de Volunt. cap. 3. & alij contra Soar. lib. 12. de Gracia cap. 30. num. 12. Coninc. disput. 8. de Actib. supern. dub. 1. num. 8. Raynald. in Theolog. natur. distinc. 8. quest. 2. artic. 5. num. 94. Martinon disput. 17. de Deo num. 39. & alios tenentes oppositum. Probatur autem assertio nostra. Quia munus gratitudinis etiam in nobis non solum est agere gratias alij pro beneficiis ab eis acceptis utilibus, seu commodis nobis; sed etiam pro alij operibus nullatenus nobis proficius, sed nobis tamen gratias, siue placentibus, aut etiam in gratiam nostram, siue ad nostrum beneplacitum factis; ut vel ipsa experientia constat. Ergo, quanvis Deus suis creaturis gratias agere nequeat pro beneficiis ab eis acceptis utilibus sibi, seu commodis: quia talium beneficiorum capax non est: potest tamen eis gratias agere pro earum operibus sibi gratis, siue placentibus, aut etiam in gratiam nostram.

tiam sui, sive ad suum beneplacitum facis: quæ quidem gratiarum actio de suo honesta, & Deo digna est procudibio. Gratitudo igitur repens-
dens opera grata facta ve in gratiam gratificans: quam solam prima sententia adstruit in Deo, neque negare potest secunda: ea est, quam dici-
mus in Deo propriè reperiri. Tametli gratitudo repens-
dens beneficia stricta facta gratificanti,
quam solam remouet à Deo secunda lencen-
tia, neque prima disentit, in Deo propriè non
reperiatur: quod & nos ftemur. Quo & Theo-
logorum dissidium, & ipsa res composita
manent.

287 Dico quartò. Amicitia propriè dicta erga
creaturas rationales etiam reperitur in Deo.
Hæc assertio communis est inter Theologos. Pro-
bataque à nobis disput. 34. quest. 6. proposit. 2.
Egimus autem ibi de amicitia secundum esse
physicum eius. Quomodo autem eius honestas
cum esse physico, cumque motu ipsius compo-
natur, ex generali doctrinâ tradita in hac disput.
quest. 1. compertum est.

288 Hic tamen venit aduertendum, præter
amicitiam stricram, de qua loco citato, aliam
virtutem nuncupari etiam amicitiam, de qua
agit S.Tho. 2.2. quest. 114. & proprio vocabulo
di itur Affabilitas. Cuius munus est ita conuer-
sationem nostram cum proximis moderari in dic-
tis, & factis, ut eis sit grata, & delectabilis.
Hanc autem virtutem reperiri item in Deo pro-
prie, benè docet Smising. Tract. 3. de Deo disput.
4. quest. 6. num. 92. Quia nullam in suo præcito
conceptu importat imperfectionem Deo repugnan-
tem: imo summam diligenz voluntatis pra se fert
perfectionem, seu bonitatem. Exercet enim
Deus cum hominibus virtutem hanc, quando
varijs, mirisque modis cum illis amicabiliter,
atque adeò affabiliter conuersatur. Ut cùm
Moysi loquebatur facie ad faciem. Exod. 33.
Alijsque Prophetis, & specialibus suis ami-
cis secreta sua communicabat; indisque commu-
nicat.

289 Dico quintò. Veritas, sive veracitas, at-
que etiam fidelitas propriissime reperiuntur in
Deo. Asertio hæc omnino est certa. Quia con-
formare dicta cum mente, seu loqui verè; quod
est munus veracitatis: & stare promissi, seu
promissionem implere; quod est munus fideli-
tatis, ita citra omnem imperfectionem honestum
est; vt etiam sit prorsus obligatorium sub pecca-
to. Quo sit, vt prorsus sit impossibile, aut Deum
loqui non verè, sive mentiri, aut, Deum pro-
missi non stare, seu promissionem non implere.
Quæ omnia clare constant ex sacra Scriptura. Deus
verax est. Ioan. 3. & 8. ad Rom. 3. & saepe alibi.
Fidelis Deus. 1. ad Corinth. 2. & 10. 1. ad Thesal. 3.
2. ad Timoth. 2. saepeque alias. In spem vita eter-
na: quam proniessit, qui non mentitur. ad Tit. 1.
Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est
mentiri Deum, fortissimum solatum habebamus. ad
Hebra. 6. Vbi duas res immobiles, id est, im-
mutabilis veritatis, vocat Dei promissionem,
& iuramentum. Quomodo autem sit impo-
sibile, mentiri Deum, adhuc per alium, la-
tè tractatur à Theologis in materia de Fide.

290 Dico sextò. Virtutes, quæ ex conceptu
suo dicunt, sive supponunt submissionem, sive
subjectionem ad alterum, tanquam ad superiorem
in Deo propriè reperiri non possunt. Quia nul-
lum Deus superiorem habet. Tales sunt Religio,
qua Deo ut supremo omnium Principio defert

cultum à suis creaturis debitum. Pietas, qæ
debitam reuerentiam, aliaque bona praefat Pa-
rentibus. Obedientia, quæ Superioribus in-
dignitate debitam reddit reuerentiam, & submis-
sionem. Obedientia, quæ Superiorum impli-
mandata. Et Epicheia, quæ leges sue præcepta
Superiorum interpretatur. In quo Doctores om-
nes conueniunt. Hactenusque de Iustitia, & alijs
virtutibus ei annexis.

Propositio 8.

Fortitudo, contracto hoc vocabulo
ad virtutem, quæ in nobis moderatur
passiones timoris, & audaciae nullaten-
sus conuenit Deo. Fortitudo vero ab
omni imperfectione præcisa Deo con-
cedenda videtur propriè, & forma-
liter.

Prior pars propositionis est certa. Quia
in Deo non dantur passiones timoris, & audi-
aciae à virtute fortitudinis moderantæ; & hec
est fortitudo, quam S.Tho. 1. par. quest. 21. ar-
tic. 1. ad 1. & latius lib. 1. contra Gen. cap.
92. aliquæ Theologi communiter deveniant
Deo.

Posterior autem pars probatur. Primo: quia
sæpiissime in sacra Scriptura tribuitur Deo
fortitudo. Genet. 46. Ego sum fortissimus Deus. 1.
Reg. 2. Non est fortis, sicut Deus noster. 2.
Eldr. 1. Deus cali fortis. Psal. 7. Deus Indu-
stus, fortis, & parvus. Psal. 70. Et tu adiutor
fortis. Apocal. 18. Quia fortis est Deus. Num. 14.
Magnificetur ergo fortitudo Domini. Apocal. 7.
Virtus, & fortitudo Deo nostro. Ierem. 32. Do-
mine Deus ecce in fecisti colum, & terram in for-
titudine tua magnâ, & in brachio tuo extenso. Si-
milaque passim repetuntur. Moyseque in suo
cantico Exod. 15. rotus est in laudanda fortitudi-
ne, quæ Deus suum Populum transfixit per ma-
tre rubrum, submersis iniurias. Dextera tua Do-
mine magnificata est in fortitudine. Quis simili tu
in fortibus Domini, &c. Eas quippe non est, tam
frequentem, tamque repetitam lacra Scriptu-
re loquitionem ad sensum translaticitudo tra-
ducere.

Secundò probatur; quia conceptus pro-
cisis honestè aggrediendi, atque operandi res
magnas contra vim, sive impetum quorūque
impedimentorum aliarum caularum seu natura-
lium, seu liberarum se se opponentium, sive
occurentium, ex vna parte nullam fert secum
imperfectionem repugnantem Deo; ex alia vero
parte communis, & vnuocis est fortitudini Dei
& fortitudini creature; ex alia denique parte
nomine fortitudinis prolati, absolute talis con-
ceptus præcitus significari videtur iuxta commu-
nem vim. His autem suppositionis, plane sequitur
absolutè dicendum, fortitudinem propriè dictam
in Deo reperiri, iuxta vniuersalem doctrinam præ-
missam num. 246.

Propositio 9.

Quænam ex virtutibus fortitudi-
ni annexis propriè reperiantur in Deo,
& quænam non item; determinare.

Dico

Disp. 35. De moralit. actu. Dei liberor. Q. 3.

577

Dico primò. Magnificentia propriè di-
ctatur in Deo. Ita S. Tho. I. par. quæst. 2. art. 1.
adu. & alij. Probaturque primò ex sacra Scriptura
septimè Deo virtutem hanc attribuente.
Exod. 15. *Magnificus in sanctitate.* Iliae 33. *Magnificus est Dominus noster.* Deuter. 33. *Magnifica-*
centia eius discurreunt nubes. 1. Paralip. 29. *Tua*
est Domine magnificens. Psal. 67. *Magnificentia*
eius. & *virtus eius in nubibus.* Psal. 10. *Con-*
fessio; & *magnificentia opus eius.* Eccl. 43. *ad-*
mirabilis magnificantia eius. & cap. 44. *Multam*
gloriam fecit Dominus magnificantia sua à seculo.
Saepè alibi. Tam repetita enim Scriptura lo-
quio ad metaphoricum sensum detorqueri non
potest.

295 Secundò probatur. Quia, ut definit Ci-
cero apud August. Tract. 83. questionum quæst. 31.
Magnificentia est rerum magnarum, & *excellentium*
cum ampla quadam, & *splendida proposicio-*
ne cogitatio; atque *administratio.* Constat autem
exe. huius virtutis conceptum sumptum ita
præcisè, & ab omni imperfectione immunem, &
Deo, creaturæque communem esse: atque adeò
in Deo cum proprietate reperiiri.

296 Vnde inferendum venit, Magnanimitatem quoque conuenire Deo cum proprietate. Nam hæc virtus ab illa tantum differt penes maiorem amplitudinem materiæ suæ. Habet enim Magnanimitas pro motu rationem magni in materia omnium virtutum; cum tamen Magnificentia eam respiciat tantum in aliquo opere externo, ut docet, optimèque explicat S. Tho. 2.2. quæst. 134. artic. 2. ad 2. Vnde (concludit ibi) oportet, quod, sicut Magnanimitas intendit aliquod magnum in omni materia, ita & Magnificentia in omni opere factibili. De quo videri potest Lessius latè differens lib. 3. de Iust. cap. 2. dub. 2. & 4.

297 Dico secundò. Patientia, & Longanimitas cum proprietate etiam reperiuntur in Deo. Probatum primò; quia saepè Deo attribuuntur in sacris litteris. Exod. 34. *Dominator Domine Deus misericors,* & *clemens,* patiens, & multa miserationis, & verax. Num. 18. *Dominus patiens,* & *multa misericordia.* Iudit. 8. *Patiens Dominus est.* Psal. 7. *Deus index iustus, fortis,* & patiens. Psal. 85. *Deus miserator,* & *miseri-*
cor, patiens. Psal. 144. *Misericors Dominus,* patiens. Eccl. 5. *Altissimus enim est patiens redi-*
ditor. & cap. 18. *Patiens est Deus.* Ioh. 2. *Pa-*
tiens, & *multa misericordie.* Ioh. 4. *Patiens,* & *multa miserationis.* 2. Esdræ. 9. *Deus propitius,* clemens, & misericors, longanimes, & multa mi-
serationis. Psal. 102. *Longanimes,* & *multum*
misericors. ad Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius,* & *patientia, & longanimitatis contemnit?* 2. Petr. 3. *Domini nostri longanimitatem.* Similiaque alibi. Hæc autem non posse sumi metaphorice, manife-
stum est. Tum quia tam multa. Tum quia pa-
tientia, & longanimitas plerunque inter alias vir-
tutes recensentur; quæ propriè citra omne du-
bium reperiuntur in Deo.

Ratio autem assertioñis est. Quia conceptus sufferendi, & tolerandi ea, quæ dillicant, præ-
cibus ab eo, quod illa sint, aut non sint nocua-
subiecto, honestus est, ab omni imperfectione
immunis, atque adeò communis Deo, &
creaturis; illeque citra dubium est, qui iuxta
communem vñlum significatur per nomen patien-
tia, & quando fert secum diuturnitatem tem-
poris, per nomen longanimitatis. Igitur iuxta

doctrinam sape citatam ex num. 246. Patientia,
& Longanimitas cum proprietate reperiuntur
in Deo.

299 audi. Deo tertio. Perseverantia, & constans
propriè non reperiuntur in Deo. Quia nomina
hæc ex vñl., & conceptione communij virtutes
morales significant firmantes subiectum suum in
bonis propositis honestè, & laudabiliter opera-
randi. Firmitas autem propositorum, seu de-
cretorum Dei non ab aliqua morali virtute ha-
bitur, sed ab ipsorum physica proprietate
omnino necessaria Deo, qua est eorum immu-
tabilitas.

Propositio 10.

Virtus temperantiae propriè sumpta 300
non datur in Deo.

Ira S. Tho. I. par. quæst. 21. art. 1. ad 1. &
latius lib. 1. contra Gent. cap. 92. & cæteri
Theologi communiter. Ratio autem propo-
sitionis est. Quia nomen temperantia ex vñl
communi dumtaxat significat propriè eam vir-
tutem, quæ in moderandis delectationibus,
præterim corporalibus gustus, & tactus subiecti,
in quo est, distinetur. Huiusmodi autem dele-
ctionum moderatio longissimè à Deo absit, vt
constat.

Propositio 11.

Quænam ex virtutibus temperan- 301
tiæ annexis propriè reperiantur in
Deo; & quænam non item; deter-
minare.

Dico primò. Mansuetudo, & Clementia
propriè reperiuntur in Deo. Cuius probatio
prima est: quia saepè in sacrâ Scripturâ Deo tri-
buuntur. Daniel 3. *Fac nobisum iuxta mansue-*
tudinem tuam. 2. Reg. 22. *Mansuetudo tua mul-*
tiplicauit me. Psal. 85. *Quoniam tu Domine*
suavis, & mitis. Exod. 33. *Clemens ero.* &
cap. 4. *Misericors, & clemens.* 2. Paralip. 30.
Pius enim, & clemens est. Dominus Deus ves-
ter. 2. Eideræ 9. *Deus propitius, clemens, &*
misericors. & rursus. *Clemens es tu.* Iona 4.
Tu Deus clemens. Iudic. 5. *Iustitia Domini, &*
clementia. Frequensque Scripturæ loquutio non
metaphoricè, sed propriè debet accipi, prout sape
dictum est.

Ratione autem probatur assertio. Quia
mansuetudo virtus est in omnibus temperans
iram, siue appetitus vindictæ. A qua solim
differt clementia, quod propria Superiorum est,
in eisque temperat pariter voluntatem vindica-
tiuam, seu punitiuam delictorum, rigoremque
vindicationis, seu punitionis. Cum ergo in
Deo propriè reperiatur ira sumpta pro volunta-
te puniendi peccata iuxta ea, quæ dicebamus
supra disput. 34 quæst. 7. num. 84. Tum etiam iu-
stitia vindicativa, prout super vidimus propo-
sit. 6. Consequens est, vt, dum Deus pro suâ in-
finita bonitate, eximiāque misericordia, vel pec-
catores ad penitentiam expectando, vel eis par-
cendo, vel eorum punitionem aut differendo, aut
mitigando, iustum suam iram veluti reprimit, iu-
sticiamque vindicativam quasi coerset, ne in-
actum prodeat; mansuetudinem, atque clemen-
tiam

tiam propriè dictas exerceat. Huiusmodi igitur virtutes cum proprietate dari in Deo, dicendum est.

503 Dico secundò. Ex cæteris virtutibus Temperantia annexis nulla alia propriè reperitur in Deo. Quoniam omnes illæ ex proprijs conceptibus iuxta vsum communem vocabulorum, quibus significantur, aut claudunt in se, aut essentialiter connorant, sive supponunt aliquæ, quæ vel proptius repugnant Deo, vel remouissima ab ipso sunt. Nempe Abstinentia, & Sobrietas affectum, & vsum in esculentis, & poculenis moderantur. Castitas, Pudicitia, & Virginitas delectationes, resque venereas secundum rationis normam vel compriment, vel compo-

nunt, vel penitus compescunt. Continentia contra impetus passionum, presertim carnalium, animum firmat. Modestia motibus, & gestibus corporis, cultique, & apparatu externo modum imponit. *Humilitas* est virtus, (secundum Bernard. lib. de Grad. humil.) qua quis verisima sui cognitione sibi ipse vilescit. Studiose sciendi appetitum moderatur, gubernatque iuxta rationis regulas. Eutrapelia denique in ludicris decorum seruat. Quarum virtutum omnium functiones, ac munia quam à Deo sint aliena, nemo non vider.

IZON
THEODO
VITR
D. N.

TRACTA